B. N. C.
FIRENZE
1005
1

1005 1

Digitized by Google

XXXVII

MAII.

הלכות תעניות:

RABBI MOSIS BEN MAJEMON

TRACTATUS DE JEJUNIIS HEBRÆORUM

CUM INTERPRETATIONE LATINA

JO. BENEDICTI CARPZOVI.

1872

LIPSIÆ,

Expenſis FRIDERICI LANCKISCH,

Excudebat Jo. ERICUS HAHN.

ANNO M DC LXII.

1005,1

PERILLUSTRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO
DOMINO CAROLO,
LIBERO BARONI
A FRISEN,
DOMINO ROTAVIÆ ETC.
POTENTISSIMI SAXONIÆ
ELECTORIS
CONSILIARIO INTIMO,
ET IN
SUPREMO ECCLESIASTICO SENATU
PRÆSIDI EMINENTISSIMO,
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

PERILLUSTRIS ET GENEROSISSIME BARO,

QVando ſublimes animi motus, & vim divini Genii efflorefcentem, jubar fortunæ, honorum, dignitatum, autoritatis ampliſſimum, ſanctiſſimam cùm in DEUM, tùm Principem fidem ac pietatem, & ſaluberrima ſive de communi Patriæ in interiori cum Potentiſſimo ejus PATRE conſeſſu, ſive in ſa-

cratiſſimo ſacrorum Antiſtitum Synedrio de Eccleſiæ orthodoxæ & veræ Religionis ſalute & emolumento conſilia, deniq; ab illuſtri generoſiſſimorum natalium ſplendore derivatam virtutum omnium copiam, qvæ offenſa apud tot Reges, tot Principes, tot Heroas ſingula honos annalium dilaudat, cumulatim orbis miratur in Te uno, cujus facta, dicta, omnia plena ſunt immortalitatis; Et verò non minus ego Te Maximum, qvàm Optimum Mæcenatem ac Dominum colo: mihi ſummus felicitatis fructus eſt, uti advenerer devotus Tuum Numen, & iſtud benignitatis Tuæ ſydus intuear, offerendo hunc de Jejunio libellum, ſatis eqvidem, ſi mea ſpectes, jejunum. Nam ea tantùm, qvæ ſummus Rabbinorum non ſine aliqvot ſeculorum applauſu lingvâ ſibi qvotidianâ atq; vernaculâ ſcripſit, conatus ſum latinè eloqvi, ſolo Judaicarum antiqvitatum, legum, rituum, conſvetudinum & ceremoniarum, qvarum ignorantia clariſſima etiam ſacræ Scripturæ teſtimonia nobis ſæpenumerò abſtruſa reddit, amore inflammatus. Non eqvidem ignoro, qvantùm ille mihi à qvàmplurimis detur vitio, etiam iis, qvi præclarè ſe de ſtudiis Humanitatis, qvorum haud poſtremum hoc antiqvitatum eſt, demereri profitentur, & commoda tueri literarum debebant; arcent verò potiùs tantùm non peſſulis obſervantes repagulisq;, qvæ vulgò patere omnibus dicuntur, Muſarum fores, qvas ita ſibi putant ſolis relictas, ut dominatum ibi qvendam, & plenam jurisdictionem

teneant.

teneant. Sed infrunita iſtorum hominum judicia, tantum abeſt, ut lætitiæ mihi ſubminiſtrent dolorisvé cauſas, uti profectò nihil, qvicqvid unqvam illorum eſt, morer, eos potiùs pro virium imitatus modulo, qvi & ſuperiori, renaſcente lingvarum ſtudio, & ſeculo præſente, hoc jam feliciter renato, Autores bonos è ſitu & ſqvalore liberatos Hebræâ pariter & Latinâ orbi dedére literato, è qvibus ſaltim nomino, qvi non exemplo duntaxat, ſed conſilio etiam ac ratione coràm olim, & nunc per literas ad ſui me imitationem deducunt, ſummos & incomparabiles Viros, Jo. Buxtorfium & Sebaſtianum Schmidium, optimos, qvoad Argentoratum & Baſilea me habuit, Præceptores. Neqve verò, uti multorum eſt hariolatio, circa elementorum poteſtatem, & futiles qvasdam Judæorum gloſſas, atq; aniles Talmudicorum fabulas dies noctes ſuperſtitioſè occupatus, nihil prætereà in vaſtis Hebræorum Codicibus qværo; nauſeo, ſi qvis alius, ad ineptias. Unum mihi ſemper, qvem meæ DEUS vitæ ſcopum præfixit, ante oculos pono, ſtudium Theologiæ Sacroſanctum, ad qvod etſi omnem curam, omnem operam, omne tempus confero, tamen qvantum temporis tribuunt alii amicorum ſalutationibus, qvantum aleæ, qvantum cæteris otii oblectamentis, tantum egomet mihi ad has literas celebrandas ſumo, qvarum fructus in omnem vitam utiliſſimus eſt. Atq; illa otii oblectamenta peperére hunc fœtum. Cùm enim otium nuper Divina nobis Omnipotentia faceret

ſatis grave, ſatis etiam acerbum; atque ſeveriores nondum penitùs ardentiſſimum morbum eluctatu curas cura inhiberet corporis, unum mihi jucundiſſimum erat, ut admirandum Rabbi Moſis Majemonidis opus, qvo Judaicas Pandectas ſepoſitis nugamentis complexus eſt, volutarem. Inter innumeras, nèſcio num fato qvodam, an qvòd adverſam ſecum valetudinem Qvadrageſima tuliſſet, hæ mihi cumprimis jejunariæ leges complacebant, qvibus in morbi decremento vertendis afflictum animum, & debellatas corporis vires relevarem. Eas dum in ſolem & pulverem produco, uti ſuum non deſpero fructum fuſuras: ita è luculento Autore ſelectiora qvæ facem fortasſis adhuc ſplendidiorem ſacris literis accendunt, cupidæ antiqvitatis juventuti depromam horis ſubciſivis, ſi Tua, DOMINE, Gratia fore è commodo judicaverit, cui ut MAXIMO obtemperandum, qvia imperas, ut OPTIMO, qvia qvod jubes, cum utilitate noſtra conjunctum. Intereà hoc jejunium humilimæ arrha devotionis eſto, & pignus æternæ ſervitutis.

PERILLUSTRI ET GENEROSISSIMÆ

EMINENTIÆ TUÆ

LIPSIÆ, prid. Idus Junii
A.O.R. M DC LXII.

æternùm devotus

JO. BENEDICTUS CARPZOV.

הלכות תעניות:

מצות עשה אחת והיא לצעיק לפני ה׳ בכל עת צרה גדולה שלא תבא על הציבור וביאור מצוה א . בפרקים אילו:

LEGES & RITUS JEJUNANDI HEBRÆORUM.

Eſt in his conſtitutionibus Præceptum affirmativum unicum, qvo clamare jubemur coram Domino omni tempore afflictionis & magnæ cujuſpiam anguſtiæ, ne invadat Populum univerſum. Cujus Præcepti interpretatio ſeqvitur hiſce Capitibus.

CAPUT I.

I.

PRæceptum affirmativum eſt ex Lege, ut clamemus & clangamus tubis ob qvamcunqve anguſtiam, qvæ populum univerſum invadit, qvemadmodū dictum eſt *(Num. X, 9.) Super coarctatorem coarctantem vos, & clangetis tubis.* Q.D. Propter omnē rem vos coarctantem, qvalis eſt ſiccitas *(qvam caritas annonæ ſeqvitur,)* & peſtis, & locuſtarum plaga, atq; aliæ id genus, clamate ac clangite.

II. Atq;

פרק א

א

מצות עשה מן התורה לזעוק ולהריע בחצוצרות על כל צרה שתבוא על הציבור שנאמר על הצר הצורר אתכם והרעיתם בחצוצרות כלומר כל דבר שייצר לכם כגון בצורת ודבר וארבה וכיוצא בהן זעקו עליהן והריעו:

ב ודבר

ב ודבר זה מדרכי התשובה הוא: שבזמן שתבוא צרה ויזעקו עליה ויריעו ידעו הכל שבגלל מעשיהם הרעים הורע להן: ככתוב עונותיכם הטו וכו וזה הוא שיגרום להם להסיר הצרה מעליהם:

II. Atq; hæc ipſa res una eſt è Pœnitentiæ ſignis: ſiqvidem qvando tempore anguſtiæ ob eandem clamant tubisqve clangunt, agnoſcunt omnes, qvod ob malefacta ſua tot etiam mala perpetiantur, qvemadmodum ſcriptum eſt *(Jer. V, 25.) Iniqvitates veſtræ declinarunt &c.* Et hoc cauſa iis vel occaſio erit amoliendi infortunium.

ג אבל אם לא יזעקו ולא יריעו אלא יאמרו דבר זה ממנהג העולם אירע לנו וצרה זו נקרה נקרית הרי זו דרך אכזריות וגורמת להם להדבק במעשיהם הרעים· ותוסיף הצרה צרות אחרות היא שכתוב בתורה והלכתם עמי בקרי והלכתי גם אני עמכם בחמת קרי: כלומר כשאביא עליכם צרה כדי שתשובו אם תאמרו שהיא קרי אוסיף לכם חמת אותו קרי:

III. Qvod ſi verò nec clamaverint, nec tubis clanxerint, ſed dixerint: Res hæc juxta communem mundi conſvetudinem accidit nobis, & præſens hæc anguſtia caſu qvodam, ac forte fortuna evenit: ecce iſthoc ferocitas qvædam eſt, & in cauſa illis, ut in peſſimis ſuis operibus perſiſtant. Tum ſuperaddet anguſtia miſerias & ærumnas alias, qvod ipſum ſcriptum eſt in Lege: *(Levit. XXV, 27. 28.) ſi ambulaveritis mecum* בקרי ex adverſo, *tum ambulabo etiam ego vobiſcum in furore* קרי occurſus, h. e. Qvod ſi vos miſeriis & calamitatibus, eò ut pœnitentiam agatis, à me preſſi dixeritis, eſſe id ſaltem קרי *accidens* qvoddam, addam ego adhuc furorem, iſte erit illud קרי *accidens.*

ד ומדברי סופרים להתענות על כל צרה

IV. Porrò ex Scribarum verbis patet, jejunandum propter omnem angu-

anguſtiam, qvæ populum invadit univerſum, donec miſericordiam conſeqvantur cœlitùs. Tempore autem jejunii iſtius precibus inſiſtunt, ac ſupplices divinam implorant gratiam, clanguntq; tubis tantùm. Qvòd ſi verò in Sanctuario fuerint, clangunt & tubis, & cornu; (Cornu qvidem ſonum fractum edit, ſed tubæ fixum & æqvalem.) Qvandoqvidem præceptum diei iſtius ſolis tubis clangendum docet. Neqve niſi in Sanctuario tubis ſimul & cornu clangunt, ſiqvidem dicitur (*Pſal. XCVIII, 6.*) *Tubis & voce cornu clangite coram Rege Domino.*

V. Jam qvando populo univerſo jejunia iſtiusmodi ob afflictiones decernunt, non dies continuos definiunt, qvia pleriq; è populo tantum ſuſtinere onus non poſſunt. Neq; ab initio ordinant jejunium, niſi ſecundo à Sabbatho die, & qvinto ab eodem, & iterum ab eo ſecundo, atq; ita conſeqventer juxta hunc ordinem ſecundo & qvinto & iterum ſecundo, uſq; dum conſecuti ſunt miſericordiam.

VI. Non definiunt jejunia Populo univerſo, neq; diebꝰ Sabbathi, neq; diebus feſtis: adeoq; in iis nec

צרה שתבוא על הציבור עד שירוחמו מן השמים׃ ובימי התעניות האלו זועקין בתפילות ומתחננים ומריעין בחצוצרות בלבד׃ ואם היו במקדש מריעין בחצוצרות ובשופר השופר מקצר והחצוצרות מעריכות׃ שמצות היום בחצוצרות׃ ואין תוקעין בחצוצרות ושופר כאחד אלא במקדש שנאמר בחצוצרות וקול שופר הריעו לפני המלך יה׳ :

ח תעניות אלו שגוזרין על הציבור מפני הצרות אינן יום אחר יום שאין רוב הציבור יכולים לעמוד בדבר הזה׃ ואין גוזרין בתחלה תענית אלא בשני בשבת ובה׳ של אחריו ובשני של אחריו וכן על הסדר הזה שני וחמישי ושני עד שירוחמו׃

ו אין גוזרין תעניות על הציבור לא בשבתות ולא בימים טובים וכן אין

תוקעין בהן לא כשופר ולא
בחצוצרות ולא זועקים
ומתחננים בהם בתפילה·
אלא אם כן היתה עיר
שהקיפוה כותים או נהר
או ספינה המטורפת בים·
אפילו יחיד הנרדף מפני
כותים מפני ליסטים ומפני
רוח רעה מתענים עליהם
בשבת וזועקין ומתחננים
עליהם בתפלה אבל
אין. תוקעין אלא אם
כן תקעו לקבץ את העם
לעזור אותם ולהצילן:

ז וכן אין גוזרין תענית
בתחלה בראשי חדשים
או בחנוכה ופורים או
בחולו של מועד· ואם
התחילו להתענות על הצרה
אפילו יום אחד ופגע בהן
יום מאלו מתענין ומשלימין
היום בתענית:

ח תעניות אלו שמתענין
על הצרות אין מתענין בהן
לא עוברות ולא מניקות
ולא קטנים· ומותרין לאכול
בלילה אף על פי שמתענין
למחר חוץ מתעניות
המטר.

clangunt ſive cornu, ſive tubis, nec clamant, & precibus Divinam gratiam ſupplices implorant. Verum ſi fuerit urbs aliqva, qvam vel Cuthæi obſederunt, vel *(inundavit)* fluvius, aut ſi navis qvædam conqvaſſata in mari fuerit: Imò etiam, ſi unicus perſecutionem patiatur à Cuthæis, à Latronibus, aut à Spiritu malo: ſuper his eqvidem jejunant die Sabbathi, & clamant, atq; eorum cauſa divinam gratiam ſupplices implorant precibus; ſed tamen non clangunt, niſi fortè id eo fine faciant, ut populum convocent, ad auxilium ferendum, eosqve è præſenti periculo eripiendum.

VII. Similiter non definiunt jejunium ab initio in Novilunio, aut dedicationis feſto, aut feſto purim, aut die aliqvo ſolennitatis profeſto. Qvod ſi tamen propter afflictionē qvandam jejunare cœperint vel unico ſaltim die, & inciderit dies ex dictis aliqva, jejunant nihilominus, diemqve integrum jejunio conſumunt.

VIII. Ab iſtis Jejuniis, qvibus ob anxietatem jejunant, excipiuntur gravidæ, & lactantes nutrices, atqve parvuli. Et licitum eſt edere noctu, etiamſi jejunium in diem craſtinum indictum ſit, exceptis jejuniis pro-

propter pluviam decretis, ſicuti exponetur. In qvocunq; autem jejunio ſeu populus univerſus, ſeu unicus noctu comedunt, ecce is, *(qvi hoc facit,)* edere poteſt, & bibere, donec illuceſcat aurora. Modò non dormierit; at verò, ubi dormierit, non reverti iterum licet, & comedere.

המסר כמו שיתבאר · וכל תענית שאוכלין כה בלילה בין ציבור בין יחיד הרי זה אוכל ושותה עד שיעלה עמוד השחר · והוא שלא אין ישן אבל אם ישן אונו חוזר ואוכל :

IX. Quemadmodum in univerſum totus populus ob ſuam anxietatem jejunant: ſimiliter privatus qvisq; jejunat propter anxietatem ſuam. Qvomodo? ſi v. g. ægrotum habeat, aut alium, qvi in deſerto circumerret, aut in vinculis captivum, tunc jejunare tenetur propter illum, ac implorare miſericordiam ſuis precibus, inq; ſingulis orationibus, qvas ad Deum fundit, dicere עננו &c. *(h. e. ſolennem jejunius formulam, qvam vide in ſeder tphillos p. m. 24. col. 2.)* Non autem jejunabit diebus Sabbathi, neq; diebus feſtis, neq; in novilunio, neq; dedicationis die, aut feſto ſortium.

ט כשם שהציבור מתענים על צרתן כך היחיד מתענה על צרתו · כיצד הרי שהיה לו חולה או תועה במרבר או אסור בבית האסירין יש לו להתענות עליו ולבקש רחמים בתפילתו ואומר עננו וכו׳ בכל תפילה שמתפלל · ולא יתענה בשבתות ולא במועדות ולא בראשי חרשים ולא בחנכה ופורים :

X. Qvodcunq; jejunium in ſe non ſuſcepit unus aliqvis, cum adhuc dies eſt, non eſt jejunium. Qvomodo ergò illud ſuſcipit? Cùm veſpertinas preces ad DEUM fundit, dicit finitis precibus: Cras ero in jejunio; atqve ſibi firmiter

י כל תענית שלא קיבלו עליו היחיד מבעוד יום , אינו תענית כיצד מקבלה כשיתפלל תפילת מנחה אומר אחר התפילת מחר אהא בתענית וגומר

בלבו להתענות למחר · אף על פי שהוא אוכל ר 'ילה לא הפסיד כלום · וכן אם גמר בלבו וקבל עליו להתענות שלשה או ארבעה ימים זה אחר זה אף על פי שהוא אוכל כל לילה ולילה לא הפסיד תעניתו ואינו צריך כונה לכל יום ויום מבעודו :

יא קבל עליו מבעוד יום להתענות למחר בלבד והתענה · ובלילה נמלך להתענות ביום שני אף על פי שלן בתעניתו אינה תענית מפני שלא קבלה עליו מבעוד יום · ואין צריך לומר שהיה אוכל ושותה בלילה והשכים בבקר ונמלך להתענות שאין זו תענית כלל :

יב הרואה חלום רע צריך להתענות למחר · כדי שישוב ויעור במעשיו ויחפש בהן ויחזור בתשובה ומתענה ואפילו בשבת ומתפלל עננו בכל תפלה

in corde ſuo proponit jejunare die craſtini. Licèt poſteà eà adhuc nocte comedat, nihil tamen omninò nocet. Similiter, ſi ſtatuerit ſecum, & ſuſceperit in ſe, jejunare triduum, qvatriduumvé continuum, etiamſi ſingulis eorum noctibus comedat, nullum tamen jejunio ſuo infert damnum, neq; opus habet, ut ſingulis diebus ante ſolis occaſum illud denuò confirmet.

XI. Qvod ſi aliqvis in ſe ſuſceperit, cum pridie adhuc dies eſt, jejunare die craſtini tantùm, ac jejunaverit; noctu autem inierit conſilium, ſe die etiam ſecundo jejunaturum; tamen, licèt in jejunio etiam noctem tranſegerit, non eſt jejunium *(legitimum,)* propterea, qvod ante ſolis occaſum id in ſe nō recepit. Hinc nec opus eſt, ut dicamus, qvid de eo ſentiendum, qvi noctu edit bibitqve, ac poſtqvam mane ſurrexit, conſilium demum de jejunando init: qvandoqvidem id nullatenus jejunium eſt.

XII. Qvi malum videt in ſomnium, is neceſſariò die craſtini jejunat, ut reſipiſcat, & evigilet ab operibus ſuis, ac perſcrutetur ea, revertaturq; per pœnitentiam: imò jejunat etiam in Sabbatho, ac ſingulis preca-

precationib. ſuis immiſcet ſolemnē jejunio orationem, qvæ incipit עֲנֵנוּ *Reſponde nobis*, etiamſi pridie ante ſolis occaſum id in ſe non ſuſceperit. Cæterùm, qvi die Sabbathi jejunat, jejunat die adhuc alio, eò qvod Sabbathi delicias impedivit.

תפלה אף על פי שלא קיבלה מבעוד יום· והמתענה בשבת מתענה יום אחר מפני שביטל עונג שבת:

XIII. Poteſt aliqvis horas jejunare, ita ut nihil qvicqvam comedat per reliqvum diei ſpacium. Qvomodo? ſi qvis occupatus in negotiis ſuis, inqve iis, qvæ neceſſariò expedienda erant, detentus, nihil ad meridiem uſq; comedit, vel ad novem usqve horas, & conſilium init, ſe per reliqvas diei, qvæ ſuperſunt, horas, jejunaturum, tum ecce jejunat illis horis, & oratione jejunii עֲנֵנוּ utitur, qvandoqvidem in ſe jejunium recepit ante jejunii horas. Similiter ſi comedit & bibit*, & tum demum jejunare incipit, qvod reliqvum diei eſt, ecce id eſt jejunium horarum.

יג מתענה אדם שעות והוא שלא יאכל כלום שאר היום· כיצד הרי שהיה טרוד בחפציו ומתעסק בצרכיו ולא אכל עד חצות או עד תשעה שעות ונמלך להתענית בשעות שנשארו מן היום הרי זה מתענה אותן שעות ומתפלל בהן עננו· שהרי קבל עליו התענית קודם שעות התענית· וכן אם אכל ושתה ואחר כך התחיל להתענות שאר היום הרי זה תענית שעות:

* Ita Hebraica hæc ad verbum tranſtuli, qvá tamen in verſione mihi ſatis ipſe non facio. Videtur enim contradicere ſibi Majemonides, dum horarium hujusmodi jejunium tum demum ait eſſe legitimum, ſi nihil qvicqvam eo die comederit illud in ſe recipiens; & tamen mox addit, poſſe qvem ſe affligere illo, ſive comederit, ſive biberit. Qvæ invicem qvomodo conciliandа, non video. Et ſanè ipſos etiam Hebræos titubare obſervo: Apertè noſtrum reprehendit R. Abraham ben David in ſuis haſchágos, ſive animadverſionibus, & זה איני כלום *nihil qvicqvam hic dici*, confidenter ſcribit. Sed mitiùs paulò procedit R. Jom Tobh bar Abraham in Maggid Miſchnæh, & commodá expoſitione Autorem excuſare allaborat. Primam Aphoriſmi partem dicit claram eſſe, & à Talmudicis conſtanter aſſeri; Verùm, qvod ad alteram hanc attinet, לא ראיתי כן לאחד מן המפרשים ז״ל inqvit, h.e. *non vidi ullum ex interpretibus, qvi hoc ſtatuat.* Poſtea integram R. Abrahami animadverſionem repetit, in qvam & ipſam tamen ſatis animadvertit; qvibus

qvibus ſubjicit : מכל מקום דבריו הם מן המתמיהין וצ"ע *ſi qvid in hoc opere, hoc certè eſſe ex illorum numero, qvæ admirationem pariant, & attentione ſimul atq; conſideratione habeant opus.* Qvare tandem ex Teſchubhos Rabbenu Schimſchon bar Abraham, hunc eſſe verborum ſenſum concludit : ענוי שעות אחר אכילה אינו ענוי אלא אם לא טעם באותו היום ונמלך להתענות חושבין לו שעות מאותו שעה שנמלך h. e. *Jejunium horarum poſt cibum ſumptum non eſt jejunium; verùm tunc, qvando nihil eo die guſtavit & tum conſilium de jejunando iniit, annumerant ipſi horas, & ab eâ qvidem horâ ſumunt initium, qvâ illud in ſe recipere decrevit.* וזה דבר אמת וכן עקר *Atq; hoc,* addit, *veriſſimum eſt, & fundamentale.*

יד כל השרוי בתענית בין שהיה מתענה על צרתו או על חלומו בין שהיה מתענה עם הציבור על צרתם הרי זה לא ינהוג עידונין בעצמו ולא יקל ראשו ולא יהיה שמח וטוב לב אלא דואג ואונן כענין שנאמר מה יתאונן אדם חי גבר על חטאיו ומותר לו לטעום את התבשיל ואפילו בכדי רביעית והוא שלא יבלע אלא טועם ופולט שכח ואכל משלים תעניתו :

XIV. Qvicunq; in jejunio conſtitutus eſt, ſive ob afflictionem propriam, aut ſomnium ſuum jejunet, ſive jejunet cum univerſo populi cœtu propter eorũm anguſtiam, is ne aſveſcat voluptatibus deliciisqve ſecum ipſe, neqve ex levitate, ſuperbiâ, ac laſciviâ, caput ſuum elevet, nec gaudeat, ac bono ſit animo; Verùm ſollicitus triſtisq; lugeat, ſecundùm id qvod dictum eſt (*Thren. III, 39.*) *Cur lugebit homo vivens? qvilibet ſuper peccato ſuo.* Cæterum licitum illi guſtare coctile, etiamſi vel maximè Qvartale (Fronfaſten) ſit, ita tamen, ne abſorbeat, ſed guſtet, & exſpuat. Qvod ſi oblitus fuerit, idq; comederit, tum ſuum complere jejunium tenetur.

טו יחיד שהיה מתענה על החולה ונתרפא על צרה ועברה הרי זה משלים תעניתו ההולך ממקום שמתענין למקום

XV. Qvod ſi qvis unicus ob ægrotum jejunaverit, atqve medicamentorum ope tranſierit ægritudo, tùm ecce is abſolvit jejunium ſuum, Si qvis ab uno loco, ubi jejunant, ad locum

locum alium, ubi non jejunant, proficiſceretur, tùm is, qvi jejunat, complet jejunium ſuum. Si proficiſceretur è loco, ubi non jejunant, ad locum, ubi jejunant, en ! cum his ipſis jejunare is cogitur. Qvod ſi oblitus ederit, biberitqve, ne ſe conſpiciendum præbeat illis, at nec delitiis & voluptatibus ſecum ipſe fruatur.

למקום שאין מתענין הרי זה מתענה ומשלים תעניתו· הלך ממקום שאין מתענין למקום שמתענין הרי זה מתענה עמהן· שכח ואכל ושתה אל יתראה בפניהם ואל ינהוג עדונין בעצמו׃

XVI. Si totus Populi cœtus ob pluviam jejunaverint, & deſcenderit iis pluvia, ſi, inqvam, deſcenderit ante meridiem, non complent jejunium, verum edunt, & bibunt, & invicem congregati Hallelujah magnum *(de qvo vide Dn. Buxtorf. Lex. Tal. fol. 615.)* clarâ & altâ voce legunt. Non enim dicunt Hallelujah magnum, niſi animâ ſaturâ & ventre pleno. Contra, ſi poſt meridiem deſcenderit, qvandoqvidem maximam diei partem in Sanctitate conſumſerunt, abſolvunt jejunium ſuum. Similiter ſi jejunaverint ob afflictionem, eaq; ceſſaverit, vel propter perſecutionem, atqve ea facta fuerit irrita, ſi, inqvam, ante meridiem, non abſolvunt, ſi poſt meridiem, abſolvunt.

יו צבור שהיו מתענין על הגשמים וירדו להן גשמים אם קודם חצות ירדו לא ישלימו אלא אוכלין ושותין ומתכנסין וקוראין הלל הגדול· שאין אומרים הלל הגדול אלא בנפש שבעת וכרס מלאה ואם אחר חצות הואיל· ועבר רוב היום בקדושה ישלימו תעניתן· וכן אם היו מתענין על צרה ועברה או על גזרה ובטלה אם קודם חצות לא ישלימו ואם אחר חצות ישלימו׃

XVII. Singulis jejunii diebꝰ, qvod cœtui univerſo propter afflictiones decernunt Aſſeſſores Synedrii ac ſenes, ſedent

יז בכל יום תענית שגוזרין על הציבור מפני הצרות בית דין והזקנים יושבין

יושבין בבית הכנסת ובודקין על מעשה אנשי העיר מאחר תפלת שחרית עד חצות היום· מסירין המכשולות של עבירות· ומזהירין ודורשין וחוקרין על בעלי חמס ועבירות· ומפרישין אותן· ועל בעלי זרוע ומשפילין אותן· וכיוצא בדברים אלו· ומחצי היום ולערב רביע היום קוראין בברכות וקללות שבתורה שנאמר מוסר ה׳ בני אל תמאס ואל תקוץ בתוכחתו ומפטירין בנביא בתוכחות מענין הצרה ורביע היום האחרון מתפללים במנחה ומתחננים וזועקים ומתודים כפי כחם:

ſedent in Synagogâ, atq; in facta civium ſtatim a precibus matutinis usqve ad meridiem inqvirunt, & ſummovent offendicula iniqvitatum, atq; monentes, inveſtigantes, ac perſcrutantes injuriarum transgresſionumq; reos, eosdem removent, imò & in magnates animadvertunt, eos humiliando: Et qvæ id genus ſunt alia. A meridie verò uſq; ad veſperam qvartam diei partem in prælegendis benedictionibus & maledictionibus, qvæ ſunt in lege, conficiunt, qvia dictum eſt *(Prov. III, 11.) Correctionem Domini, fili mi, ne rejicias, neq; tædio afficiaris propter increpationem ejus.* Populum qvoq; lectione Propheticâ dimittunt cum increpatione à præſenti anguſtiâ petita. Alterâ diei qvartâ veſpertinas preces ad Deum fundunt, ejusq; implorant gratiam, & clamant, ac confitentur, qvantumcunq; in ipſorum viribus ſitum eſt.

פרק ב·

CAPUT II.

א אילו הן הצרות שעל ציבור שמתענין ומתריעין עליהן· על צרת שונאי ישראל לישראל· ועל החרב· ועל הדבר· ועל חיה רעה·

I. Hæ ſunt anguſtiæ illæ totius populi, propter qvas omnes jejunant ac clangunt: Propter afflictionem, qvà Iſraëlitarum inimici Iſraëlitas afficiunt, propter gladium, propter peſtem, propter beſtiam malam,

malam, propter locuſtam, propter bruchum, propter aduſtionem ſegetum, propter rubiginem, propter ruinam, propter morbos, propter alimentum, ac deniq; propter pluviam.

רעה׳ ועל הארבה׳ ועל החסיל. ועל השדפון׳ ועל הירקון׳ ועל הספולת׳ ועל החלאים׳ ועל המזונות׳ ועל המטר:

II. Qværcunq; civitas aliqvâ ex his omnibus, qvas diximus, anguſtiâ urgetur, ea inqvam civitas tamdiu jejunat ac clangit, donec tranſiverit iſta afflictio. Qvin & omnes circumjacentes jejunant, non tamen clangunt, ſed qværunt nihilominus illis gratiam divinam. Cæterùm nullibi clamant, nec clangunt die Sabbathi, ſicuti diximus, niſi cùm ſit alimentorum anguſtia, propter qvam clamant, etiamſi ſit Sabbathum, non tamen tubis propterea in Sabbatho clangunt.

ב כל עיר שיש בה צרת מכל אלו אותה העיר מתענה ומתרעת עד שתעבור הצרה׳ וכל סביבותיה מתענות ולא מתריעות אבל מבקשים עליהם רחמים׳ ובכל מקום אין צועקין ולא מתריעין בשבת כמו שאמרנו׳ חוץ מצרת המזונות שצועקין עליה אפילו בשבת׳ אבל אין מתריעין עליהן בחצוצרות בשבת:

III. Qvomodo igitur afflictio, qvâ Iſraëlitarum inimici Iſraëlitas afficiunt, accipienda? Si qvando Cuthæi conveniant, ut vel Judæis inferant bellum, vel tributum ab iis exigant, aut occupent illorum terram, aut qvandam de eis ſententiam, qvàm levi etiam mandato fiat, pronuncient, tum jejunant ac clangunt, donec impetrata fuerit miſericordia. Qvin & omnes, qvæ

ג על צרת שונאי ישראל לישראל כיצד כותים שבאו לערוך מלחמה עם ישראל או ליטול מהם מס או ליקח מידם ארץ או לגזור עליהם גזרה אפילו במצוה קלה הרי אלו מתענין ומתריעין עד שירוחמו׳ וכל הערים שסבי

שסביבותיהם מתענין
אבל אין מתריעין אלא
אם כן תקעו להתקבץ
לעזרתן :

ד על החרב כיצד·
אפילו חרב של שלום
כגון שערכו מלחמה
כותים עם כותים ועברו
במקום ישראל אף על
פי שאין ביניהם ובין
ישראל מלחמה הרי זו
צרה ומתענין עליה שנאמר
וחרב לא תעבור בארצכם
מכלל שראיית המלחמה
צרה :

ה ועל הדבר אי זו היא
דבר עיר שיש בה ת״ק
רגלי ויצאו ממנה שלשת
מתים בשלשה ימים זה
אחר זה הרי זה דבר יצאו
ביום אחד או בארבעה
ימים אין זה דבר· היה בה
אלף ויצאו ממנה ששה מתים
בשלשה ימים זה אחר זה
דבר יצאו ביום אחד או בד׳
אין זה דבר וכן לפי חשבון
זה ואין הנשים והקטנים
והזקנים

qvæ circumjacent, urbes unà jejunant, hoc tamen diſcrimine, qvod non clangant, niſi forté ad convocandum populum, ut ſubveniant illis, ſonare tubis velint.

IV. Qvando ob gladium jejunant? Scilicet, etiamſi ſit gladius pacis, v. g. Si contra ſe invicem caſtra Cuthæi ipſi habeant, atqve per Iſraëlitarum regionem cum copiis progrediantur, qvanqvàm nullum inter hos & Iſraëlitas intercedat bellum, tamen hæc eſt afflictio aliqva, digna propter qvam jejunent, qvoniam dictum eſt (*Levit. XXVI, 6.*) *Nec gladius tranſibit per terram veſtram.* Hinc omninò conſpectus ſaltim belli eſt afflictio.

V. Ob peſtem verò cùm dicitur, ecqvid intelligitur per peſtem? Qvod ſi qvingenti homines in qvadam urbe fuerint, & tribus continuis diebus tres mortui efferantur, tum peſtis eſt. Sin die uno efferantur, aut qvatuor diebus, non eſt peſtis. Qvòd ſi in eá fuerint mille, & efferantur ſex mortui tribus diebus continuis, peſtis eſt; ſin die uno, aut diebus qvatuor efferantur, non eſt peſtis. Atqve ita conſeqventer ſecundùm hanc ſupputationem. Non tamen Mulieres, nec infantes, nec ſenes,

ſenes, qvi laborem ſuſtinere neqveunt; ſed in genere Virorum provinciæ numerus huc referendus.

VI. Cùm ergò Iſraëliticam regionem peſtis pervadit, jejunant propterea ſimul cæteri, qvi in exilio ſunt, Judæi. Si occupaverit provinciam qvandam, & ex eà turmatim in aliam migraverint provinciam incolæ, tum utraq; jejunat, utut ab invicem ſint procul diſſitæ.

VII. Propter beſtiam malam non jejunant, niſi cùm fuerit ſibi ſuæq; libidini permiſſa. Unde verò hoc cognoſcitur? ſi in urbe conſpecta fuerit interdiu, tum ſibi permiſſa eſt. Si interdiu conſpecta fuerit in agro, & duobus viſis hominibus non auffugerit, itidem ſibi eſt permiſſa; at ſi hos non inſecuta fuerit, non eſt permiſſa ſibi. Porrò, ſi in agro ſtagno proximo duobus conſpectis hominibus eos fuerit inſecuta, tùm ſibi permiſſa eſt; at ſi non inſecuta eos, non eſt permiſſa ſibi. Si tamen in ſtagno ipſo fuerit, etiamſi inſecuta eos, tamen non eſt permiſſa ſibi, niſi cum utrumq; rapuerit, & horum alterum devorarit. Enimverò, ſi devorârit

והזקנים ששבתו ממלאכה בכלל מנין אנשי המדינה לענין זה:

ו היה דבר בארץ ישראל מתענין שאר גליות ישראל עליהן · היה דבר במדינה ושיירות הולכות ובאות ממנה למדינה אחרת שתיהן מתענות אף על פי שהן רחוקות זו מזו:

ז אין מתענין על חיה רעה אלא בזמן שהיא משולחת · כיצד נראתה בעיר ביום הרי זו משולחת · נראתה בשדה ביום אם ראתה שני בני אדם ולא ברחה מפניהם הרי זו משולחת · לא רדפה אחריהם אינה משולחת · ואם היה שדה הסמוכה לאגם וראתה שני בני אדם ורדפה אחריהם הרי זו משולחת לא רדפה אחריהם אינה משולחת · ואם היה באגם אפילו רדפה אחריהם אינה משולחת אלא אם כן טרפה שניהם ואכלה אחד מהן · אבל אם אכלה

utrumq; שניהם

C 3

שניהם באגם אינה משולחת מפני שזה הוא מקומה ומפני הרעבון טרפה לא מפני שהיא משולחת:

utrumq; in ſtagno, non eſt permiſſa ſibi, qvandoqvidem hic ejus deliteſcendi locus, in qvo ob famem eos dilaceravit; non ideò, qvod ſibi ſuæqve libidini permiſſa fuerit.

ח בתים הבנויים במדברות ובארצות הנשמות הואיל והן מקום גדודי חיה אם עלתה לגג ונטלה תינוק מעריסה הרי זו משולחת· ואם לא הגיעה למדה זו אינה משולחת· שאלו בני אדם הם שסכנו בעצמם ובאו למקום החיות:

VIII. Sint domus in deſertis ac terris deſolatis ædificatæ, qvoniam ibi locus, ubi turmatim beſtiæ conveniunt, ſi tectum conſcenderit beſtia, ibiq; infantem ſuſtulerit è cunabulis, tum eſt ſibi permiſſa; At ubi nondum pervenit ad hanc ſummitatem, non eſt permiſſa ſibi. Nam homines illi, dum beſtiarum loca accesſère, ſe periculis ipſi ſubjecerunt.

ט שאר מיני רמש הארץ ורמש העוף ששולחו והזקו· כגון שילוח נחשים ועקרבין ואין צריך לומר צרעין ויתושין והדומה להן אין מתענין עליהן ולא מתריעין· אבל זועקין בלא תרועה:

IX. Qvod ad inſecta attinet, ob reliqvas ſpecies, *(præter memoratas ab initio Capitis,)* ſive reptilium, ſive volatilium, qvæ miſſa damnum inferunt, utpote Serpentes, Scorpionesq;, qvibus vix neceſſe, ut annumeremus crabrones, muſcas, & ſimilia, non jejunant, neq; tubis ſonant, ſed ſine omni tubarum clangore clamant.

י על הארבה ועל החסיל אפילו לא נראה מהן אלא כנף אחד בכל ארץ ישראל מתענין ומתריעין עליהן· ועל

X. Verùm propter locuſtas & bruchos *(qvas memoravimus)* etiamſi de illis non niſi unica conſpiciatur ala per univerſam Iſraëlitarū regionē, tamē jejunant & clangunt, uti

uti & propter Scarabæos, qvantumcunq; eorum ſit. Sed propter cicadas nec jejunant, nec clangunt, ſed clamant tantum.

XI. Propter ſegetum aduſtionem, & rubiginem, ut primùm obſervari in frumento cœperit, etiamſi non niſi, qvantum fornacis oſtiolum capit, infeſtarit, tamen jejunium decernunt, ac clangunt.

XII. Cum dictum eſt: propter ruinas, qvid intelligitur? Qvando in civitate, parietum robuſtorum, qvi tamen in fluminis cujusdam littore non exædificati, augentur ruinæ, ecce tum eſt afflictio, ob qvam jejunant & clangunt. Similiter propter terræ motum, atq; ventorum impetum, cùm ædificia diruant, obruantq; incolas, jejunant, ac clangunt.

XIII. Qvomodo morbi exponendi? Cùm in plures unius civitatis homines morbus unicus graſſatur, v. g. angina, inflammata febris, & ſimiles, ita ut hoc morbo fuerint mortui, tunc ſanè afflictio eſt, qvæ totū populi cœtū tangit. Qvare ejus cauſa jejuniū indicunt ac clangunt. Similiter recentis ſcabiei pruritus ſimilis

ועל הגובאי בכל שהוא. אבל על החגב אין מתענין עליו ולא מתריעין אלא זועקין בלבד:

יא על השדפון ועל הירקון משיתחיל בתבואה ואפילו לא התחיל אלא ממקום קטן כמלוא פי תנור גוזרין עליו תענית ומתריעין:

יב על המפולת כיצד׳ הרי שרבתה בעיר מפולת כתלים בריאים שאינן עומדים בצד הנהר הרי זה צרה ומתענין ומתריעין עליה׳ וכן על הרעש ועל הרוחות שהן מפלין את הבנין והורגין מתענין ומתריעין עליהן:

יג על החליים כיצד׳ הרי שירד חולי א׳ לאנשים הרבה באותה העיר׳ כגון אסכרה או חרחור וכיוצא בהן והיו מתים באותו החולי הרי זו צרת ציבור וגוזרין לה תענית ומתריעין׳ וכן חכוך לח הרי הוא כשחין

כשחין פורח· ואם פשט ברוב הציבור סתענין ומתריעין עליו אבל חכוך יבש צועקים עליו בלבד:

ſimilis eſt calori efflorescenti: Qvod ſi igitur infeſtarit magnam populi partem, jejunant propterea & clangunt; At ſi arida fuerit ſcabies, clamant tantùm.

יד על המזונות כיצד· הרי שחזלו דברים של סחורה שרוב חיי אנשי אותה העיר מהן כגון כלי פשתן בבבל ויין ושמן בארץ ישראל· ונתמעט המשא והמתן עד שיצטרך התגן למכור שוה עשרה בששה ואחר כך ימצא לוקח הרי זו צרת ציבור ומתריעין עליה וזועקין עליה בשבת:

XIV. Ob alimentum qvomodo jejunant? Ubi res mercaturæ projectæ fuerint in civitate, in qvâ maxima Civium pars ex iis vivit, qvales ſunt v. g. in Babyloniâ pannus lineus, in Judæâ vinum ac oleum: atqve ſic omne venditionis & Emptionis commercium imminutum, ita ut opus habeat Mercator, qvod decem v. g. florenis conſtat, ſex vendere, ac tum demum inveniat emptorem, ecce totum populum hæc afflictio concernit, adeoq; ob eam clangunt, qvin imò clamant propter eam in ipſo Sabbatho.

טו על המטר כיצד הרי שרבו עליהן גשמים עד שיצרו להן הרי אלו סתפללין עליהן שאין לך צרה יתירה מזו שהבתים נופלין ונמצאו בתיהן קבריהן: ובארץ ישראל אין מתפללין על רוב הגשמים מפני שהיא ארץ הרים ובתיהם

XV. Deniq; cum propter pluviam jejunant, qvid indicatur per pluviam? En! qvando ingentes aſſiduæq; pluviæ & imbres decidunt, ut ſollicitudine & mœrore animi tangantur, tùm orant illorum cauſa. Nec enim anguſtia eſſe hâc ipsâ gravior poteſt, qvidpe & domus corruunt, & incolarum fiunt ſepulchra. Enimverò in Judæâ propter pluviam hujusmodi aſſiduam non orant, qvandoqvidem ea montoſa eſt,

eſt, & domos è lapidibus cõſtructas habet. Jam verò, ſi qvando continuè pluit, conducit iis; at boni removendi gratia non jejunant.

ובתיהם בנויים באבנים ורוב הגשמים · טובה להן ואין מתענין להעביר הטובה:

XVI. Cum frumentum effloreſcit, & pluvia inhibetur, ita ut exſiccari incipiant germina, tunc jejunant & clamant, donec aut deſcenderit pluvia, aut prorſus germina exaruerint. Similiter, ſi in Judæâ tempore Paſchatos, ſive præſente, ſive circa illud, qvo tempore ibi arbores florem fundunt, non deſcenderit pluvia, tamdiu jejunant atq; clamant, usq; dum aut conducibilis arboribus pluvia deſcenderit, aut florendi tranſierit tempus.

יו תבואה שצמחה ונמנע המטר והתחילו צמחין לייבש הרי אלו מתענין וזועקין עד שירדו גשמים או עד שיבשו הצמחים · וכן אם הגיע זמן הפסח או קרוב לו בארץ ישראל שהוא זמן פריחות האילנות שם ולא ירדו גשמים הרי אלו מתענין וזועקין עד שירדו גשמים הראויין לאילנות או עד שיעבור זמנם:

XVII. Simili modo, ſi imminente Tabernaculorum feſto tantum pluviæ non deſcenderit, ut ciſternæ, foſſæ, foveæq; impleri eâ poſſint, jejunant tamdiu, donec pluvia aqvarum colligendarum ciſterſternis conveniens deſcenderit. Et ubi aqva ad bibendum defecerit, jejunant propter pluviam per id integrum tempus, qvo potus aqvâ carent, licèt dies etiam maximè calidi ſint.

יז וכן אם הגיע זמן חג הסוכות ולא ירדו גשמים הרבה כדי למלאות מהם הבורות השיחין והמערות הרי אלו מתענין עד שירד גשם הראוי לבורות · ואם אין להם מים לשתות מתענים על הגשמים בכל עת שלא יהיה להם מים לשתות ואפילו בימות החמה:

יח פסקו הגשמים בין גשם לגשם ס׳ יום בימות הגשמים הרי זו מכת בצורת ומתענים וזועקים עד שירדו הגשמים או עד שיעבור זמנם:

XVIII. Qvod ſi deficiat pluvia per qvadraginta dies pluviarum tempore, tum ecce hæc eſt ſiccitatis ſterilitatisqve pœna. Qvare jejunant & clamant, donec aut deſcenderit pluvia, aut illud pluviis ſolemne tempus tranſiverit.

פרק ג

CAPUT III.

א הרי שלא ירדו להם גשמים כלל עיקר מתחלת ימות הגשמים אם הגיע שבעה עשר במרחשון ולא ירדו גשמים מתחילין תלמידי חכמים בלבד להתענות שני וחמישי ושני· וכל התלמידים ראוין לכך:

I. Qvando nihil qvicqvam prorſus pluviæ ab initio dierum pluvioſarum deſcendit, ecce, *(hoc ordine & modo jejunia celebrant.)* Scilicet, ſi die XVII. Menſis Marcheſvan *(Octobris)* nondum deſcenderit pluvia, ſoli Philoſophi jejunare incipiunt ſecundo, qvinto, ac iterum ſecundo Septimanæ diebus. His ſe componunt omnes Sapientiæ Studioſi digni hoc nomine.

ב הגיע ראש חדש כסליו ולא ירדו גשמים בית דין גוזרין שלש תעניות על הציבור שני וחמישי ושני· ומותרין בהן לאכול ולשתות בלילה· ואנשי משמר אין מתענין עמהן מפני שהן עסוקין בעבודה· וכל העם נכנסים לבתי

II. Si Kalendis Menſis Cisleu *(Novembris)* nondum pluvia deſcenderit, decernunt populo univerſo Synedrii Adſeſſores tria jejunia, diebus jejunii ordinariis, videlicet ſecundo, qvinto, ac iterum ſecundo, & tum noctu iis edere ac bibere conceſſum. Sacerdotes tamen ſtationarii, qvia in ſacro Miniſterio occupati ſunt, non jejunant unà. Contra omnis populus in Syna-

Synagogis congregatus orat, clamat, & ſupplicibus precibus divinam gratiam qværit, non aliter, ac ſingulis jejuniis facere conſvevit.

III. Qvod ſi finitis iſtis jejuniis nondum exaudiuntur, tria adhuc alia Populo conſtituit Magiſtratus, diebus Lunæ, Jovis, & iterum Lunæ obſervanda, qvibus, ut in expiationis jejunio ſolent, (*ultimùm*) edunt bibuntq; , cum pridiè adhuc dies eſt. Imò & Stationarii Sacerdotes partem diei jejunant, ſed non abſolvunt integrum. Bethabhitæ tamen, qvi (*è Stationariis electi*) eo ipſo die Sacris operantur, omninò non jejunant. Cæterùm in qvolibet tali jejunio, qvo ultimum comedunt, cum pridiè adhuc dies eſt, ſi qvis ſemel comedere deſiit, atqve tum ſtatuit ſecum, nihil amplius edere, tum revocare & edere denuò non poteſt, etiamſi adhuc de die aliqvid ſuperſit.

IV. Hæc tria jejunia cûm obſervant, prohibitum eſt univerſo Populo laborare, aut facere qvicqvam interdiu; at noctu licet. Prohibitum aqvâ calidâ lavare totum corpus, ſed faciem tamen, & manus, atqve pedes licet, idcircò balnea occludunt.

לבתי כנסיות ומתפללין וזועקין ומתחננין כדרך שעושין בכל התעניות:

ג עברו אלו ולא נענו ב״ד גוזרין שלש תעניות אחרות על הציבור שני וחמישי ושני ובג׳ אילו אוכלין ושותין מבעוד יום כמו שעושין בצום כיפור. ואנשי משמר מתענין מקצת היום ולא משלימין: ואנשי בית אב והם העוסקים בעבודה באותו היום לא היו מתענין כלל עיקר. וכל תענית שאוכלין בה מבעוד יום אם אכל ופסק וגמר שלא לאכול אינו חוזר ואוכל אף שיש שהות ביום:

ד בשלש תעניות אלו כל העם אסורין בעשיית מלאכה ביום ומותרין בלילה: ואסורין ברחיצת כל הגוף בחמין אבל פניו ידיו ורגליו מותר לפיכך נועלין את המרחצאות.

ואסורין בסיכה · ואם להעביר את הזוהמא מותר · ואסורין בתשמיש המטה · ובנעילת הסנדל בעיר אבל בדרך מותר לנעול · ומתפללין בבתי כנסיות תועקין ומתחננין כשאר תעניות:

Prohibitum ungvento uti, niſi fortè ad amovendum fœtorem, qvod licet. Prohibitum thori conjugalis fungi miniſterio. Prohibitum qvoq; induere calceos in civitate; ſed tamen id in itinere licet. De cætero, ut in aliis jejuniis, ita heic in Synagogis orant, clamant, & miſericordiam divinam præſtolantur.

ה עברו אלו ולא נענו בית דין גוזרין שבע תעניות אחרות על הציבור שני וה' וב' וה' וב' וה' וב' · ובאלו השבע בלבד עוברות ומניקות מתענות אבל בשאר התעניות אין עוברות ומניקות מתענות · ואף על פי שאינן מתענות אין מתענגות עצמן בתפנוקים אלא אוכלות ושותות כדי קיום הולד:

V. Qvod ſi neq; his finitis exaudiuntur, tùm ſeptem alia jejunia toti populo Senatus decernit, Lunæ ac Jovis, & iterum Lunæ ac Jovis, atq; viciſſim Lunæ, Jovis & Lunæ diebus celebranda: Atq; hæc ſeptem ea ſola ſunt, qvibus & gravidæ & Nutrices jejunant. Enimverò in reliqvis jejuniis nec gravidæ jejunant, nec nutrices; (*ubi obſervandum,*) qvod etſi non jejunent, non tamen ob id ſtatim deliciis abundent & cupediis, ſed edant bibantq;, qvantum ad infantis ſuſtentationem ſufficit.

ו ובשבע תעניות אלו אנשי משמר מתענין ומשלימין · ואנשי בית אב מתענין מקצת היום ולא משלימין וכל דבר שהוא אסור בשלש אמצעיות אסור באלו השבע האחרונות:

VI. Qvin & Stationarii Sacerdotes ſeptem his jejunii diebus integris perfectè jejunant. At Bethabhitæ partem tantùm jejunant diei, nec abſolvunt integrum. Qvicqvid autem de cætero in trib9 illis intermediis prohibitum eſt, idem in his ſeptem poſterioribus interdictum.

ז ויתרות VII. Præ-

VII. Præterea ſingulare adhuc eſt, qvod in his tantum jejuniis clangant, & orent, etiam in civitatis plateâ: qvòd virum canicie venerandum jubeant increpare Populum, ut à viâ ſuâ per pœnitentiam revertantur: qvòd precibus cùm matutinis, tùm veſpertinis ſex inſuper benedictiones adjiciant, ut ita viginti qvatuor fundere ad Deum deprehendantur: qvòd tabernas claudant, & veſpertino tempore demũ pauliſper eas aperiant. Sed die Jovis tamen in honorem Sabbathi aperiunt per integrum diem, &, ſi taberna duas habeat fores, clausâ unâ januâ alteram modò operit tabernarius; at ſi leve ſaltim tabernæ mercium ſit repoſitorium, aperit die Jovis, prout vulgò ſolet, nec qvicqvam curat.

VIII. His jejuniis elapſis cum nondum exaudiuntur, ſeponunt qvadantenus emtionis & venditionis commercium, & qvicqvid ſibi recreationis cauſa curant fieri, qvales ſunt v.g. figuræ & picturæ: Plantationes item, qvæ animum afficiunt, v g. Myrti, aut Santalorum ſive aloës. Abſtinẽt qvadantenus à Sponſalibus & nuptiis; qvâ ratione qvidẽ transgrediuntur præceptũ de fructificatione, & multiplicatione.

ז ויתרות אלו שבהן בלבד מתריעין ומתפללין ברחוב העיר׳ ומורידין זקן להוכיח לעם כדי שישובו מדרכם׳ ומוסיפין שש ברכות בתפילת שחרית ובתפלת מנחה ונמצאו מתפללין כד ברכות ונועלין את החנויות׳ מטין לעת ערב ופותחין את החנויות׳ אבל בה׳ פותחין כל היום מפני כבוד השבת׳ ואם יש לחנות שני פתחין פותח אחת ונועל אחת׳ ואם לחנות אצטבה פותח כדרכו בחמישי ואינו חושש׃

ח עברו אילו ולא נענו׳ ממעטין במשא ומתן ובבנין של שמחה כגון ציור וכיור׳ ובנטיעה של שמחה כגון מיני הדס ומיני אהלים׳ וממעטין באירוסין ונישואין אבל לא קיום מצות ברייה ורבייה׃

Qvis- וכל

וכל מי שקיים מצות פריה ורבייה אסור לו לשמש מטתו בשני רעבון וממעטין בשאילת שלום בין אדם לחבירו ותלמידי חכמים לא ישאלו שלום אלא כנזופין וכמנידין למקום ועם הארץ שנתן להם שלום מחזירין לו בשפה רפה וכובד ראש:

ט תלמידי חכמים חוזרין לכרם ומתענין ב׳ וה׳ וב׳ עד שיצא ניסן של תקופה אבל לא הציבור שאין גוזרין על הציבור בשביל גשמים שלא ירדו יתר משלש עשרה תעניות אלו. וכשמתענין היחידים עד שיצא ניסן מותרין לאכול בלילה ומותרין בעשיית מלאכה וברחיצה ובסיכה ובתשמיש המטה ונעילת הסנדל כשאר כל התעניות ומפסיקין לראשי חדשים ופורים יצא ניסן של תקופה והוא כשהגיע השמש להחלת מזל שור אין מתענין׃

Qvisqvis autem obſervare iſthoc præceptum cupit, *(& vel Sponſalia celebrare, vel nuptias)* ei prohibitũ, in altero jejunio maritale debitum ſuæ conjugi perſolvere. Intermittunt etiam amicas invicem ſalutationes: nec Philoſophi ſalutant qvenqvam, ſed tanqvam reprehenſi & excommunicati à Deo ſunt, & cùm plebeji ipſis ſalutem plurimam dicunt, ore remiſſo & ſubmiſſo capite reſpondent.

IX. Soli deinde Philoſophi jejunia repetunt Lunæ, Jovis & Lunæ diebus usq; ad æqvinoctium Martii, non univerſus Populi cœtus. Non enim plura, qvàm memorata tredecim jejunia propter pluviam, ſi non deſcendat, conſtituunt Popolo. Cum ergò ſoli hi usq; ad menſem Martium jejunant, licitum iis comedere noctu; licitum etiam curare negotia, lavare, ungere, conſveſcere cum uxoribus, calceos induere, ut in ordinariis jejuniis omnibus: qvin & Neomenias, & feſtum purim excipiunt. Jam, ubi æqvinoctium Martii præteriit, qvod eſt, ut primùm Sol ſignum Tauri ingreditur, finem jejunandi faciunt.

שאין Nam

Nam malum omen pluvia eſt hoc tempore, poſtqvam nihil qvicqvam pluviæ omninò ab initio anni deſcendit.

X. De qvâ regione iſta hactenus ſunt dicta? de Iſraëliticâ, & omnibus aliis huic ſimilibus. Verùm in iis locis, ubi determinatum & ſtatutũ pluviæ tempus eſt vel ante decimũ ſeptimum Octobris diem, vel poſt illum, ut primùm eo tempore non deſcenderit pluvia, jejunant ante omnia ſoli *(Philoſophi)* Lunæ, Jovis ac Lunæ diebus, exceptis iis, in qvos fortè Neomeniæ, Encœnia, aut feſtum ſortium incidit, & poſteà ſeptem circiter dies expectant. Si nec tum pluit, tunc Senatus populo tredecim indicit jejunia, eo, qvem diximus, ordine obſervanda.

XI. Qvæcunq; autem jejunia decernunt populo extra Judæam, in iis comedunt noctu, nec aliud obſervant qvicqvam, qvàm in ordinariis jejuniis ſolent. Non enim tale populo jejunium conſtituunt, qvale eſt in Expiationis feſto, niſi in ſola Regione Iſraëliticâ, & qvidem propter pluviam: Et talia ſunt decem iſta jejunia, nempe tria intermedia, & ſeptem poſteriora.

CAPUT

שאין הגשמים בזמן הזה אלא סימן קללה הואיל ולא ירדו כל עיקר מתחלת השנה:

י בדא באי וכל הדומה להי׳ אבל מקומות שעונת הגשמים שלהן קודם שבעה עשר במרחשון או אחר זמן זה כשיגיע זמנם ולא ירדו גשמים יחידים מתענים שני וחמישי ושני ומפסיקין בראשי חרשים ובחנוכה ובפורים ושיהין אחרי כן כמו שבעה ימים · אם לא ירדו גשמים בית דין גוזרין על הצבור שלשה עשר תעניות על סדר שאמרנו:

יא כל תעניות שגוזרין הציבור בחוצה לארץ אוכלין בהם בלילה ודיניהם כדין שאר התעניות · שאין גוזרין על הציבור תענית כגון צום כיפור אלא בארץ ישראל בלבד ובגלל המטר ובאותן עשר תעניות שהן שלש אמצעיות ושבע אחרונות:

פרק

פרק ד

Caput IV.

א בכל יום ויום משבע תעניות האחרונות של מטר מתפללין על סדר זה· מוציאין את התיבה לרחובה של עיר וכל העם מתקבצים ומתכסים בשקים ונותנין אפר מקלה על גבי התיבה ועל גבי ספר תורה כדי להגדיל את הבכיה ולהכניע לבם· ואחד מן העם נוטל מן האפר ונותן בראש הנשיא ובראש אב בית דין במקום הנחת תפילין כדי שיכלמו וישובו· וכל אחד ואחד נוטל ונותן בראשו:

I. Singulis horum ſeptem poſteriorum jejuniorum, qvæ propter pluviam indixere, diebus ad hunc modum & ordinem ſacra peragunt. Producunt arcam in plateam urbis, omniq; populo convocato ſaccis ciliciisve induti arcæ & libro legis cinerem ſuperinſpergunt, eâ fini, ut uberiores populi lacrymas excitent, & ad humilitatem illius animum citius inflectant. Tunc qvidam è populo, cineris qvid accipiens cùm Principis, tùm Patris Synedrii capiti id imponit, eo loco, ubi applicari Phylacteria ſolent, ut pudore ſuffuſi reſipiſcant. Hinc unusqvisq; cinere ſublato ſuum caput conſpergit.

ב ואחר כך מעמידין ביניהן זקן חכם והן יושבין· לא היה שם זקן חכם מעמידין חכם· לא היה שם לא זקן ולא חכם מעמידין אדם של צורה· ואומר לפניהם דברי כבושין· אחינו לא שק ולא תענית גורמין אלא

II. Poſteà Senem Sapientiâ clarum aſſurgere jubent, circa qvem illi conſident. Si haut præſto talis Senex fuerit, viro tantùm Sapienti id officii demandant. At ſi nec Senex, nec Sapiens illic præſens, conſtituunt Virum morum vitæq; integrum, ut Orationem ad ſe argutâ, & qvæ relinqvat in animis populi aculeos, habeat. Hic. Nec Saccus, inqvit, ciliciumve, nec jejunium qvid

qvid efficit, ô fratres; ſed pœnitentia ac bona opera. Exemplo nobis eſto Ninive, de cujus civibus profectò non dicitur, reſpexiſſe Deum eorum cilicia & jejunia; Qvin potius: *Et vidit Deus opera eorum. (Jon. III, 10.)* Sic ipſe Deus in Prophetarum ſcriptis monet: *(Joel. II, 13.)* Diſcindite cor veſtrum, & non veſtimenta veſtra. Atq; hujus argumenti plura alia, qvantum ipſe qvidem poteſt, producit, usq; dum humiliaverit tandem eorum animos, ut reſipiſcant, ac veram & ſinceram agant pœnitentiam.

אלא תשובה ומעשים טובים · שכן מצינו בנינוה שלא נאמר באנשי נינוה וירא האלהים את שקם ואת תעניתם אלא וירא האלהים את מעשיהם · ובקבלה הוא אומר קרעו לבבכם ואל בגדיכם · ומוסיף בענינות אלו כפי כוחו עד שיכניע לבם וישובו תשובה גמורה :

III. Poſtqvam ille orationem ſuam ſatis ſublimem ac penetrabilem abſolvit, ſurgunt ad preces, & Miniſtrum Synagogæ, qvi ſufficiens ſit fundendis per hæc jejunia precibus, ordinant. Siqve is, qvi habuit orationem, dignus videatur, qvi ſacra hæc peragat, peragit & orat; ſin minus, conſtituunt alium.

ג ואחר שגומר זה דברי כיבושין עומדין בתפלה ומעמידין שליח ציבור הראוי להתפלל בתעניות אילו · ואם היה אותו שאומר דברי הכיבושין ראוי להתפלל מתפלל ואם לאו מורידין אחר :

IV. Qvisnam ergò hoc orandi per hæc jejunia officio dignus? Is, qvi promptus & exercitatus eſt in precibus, & ad legendam Legem, Prophetas & Hagiographa aſſvetus: cui magna familia, nec tamen media, unde omnes alat: qvi facultates poſſidet in agro: in cujus liberis atq; fami-

ד ואי זהו הוא הראוי להתפלל בתעניות אילו · איש שהוא רגיל בתפילה · ורגיל לקרות בתורה נביאים וכתובים · ומטופל ואין לו · ויש לו יגיעה בשדה · ולא יהיה בבניו ובבני ביתו

ביתו וכל קרוביו והנלוים עליו בעל עבירה· אלא יהיה ביתו ריקן מן העבירות· ולא יצא עליו שם רע בילדותו· שפל ברך· ומרוצה לעם· ויש לו נעימה ·קולו ערב· ואם היה זקן עם כל המדות האלו הרי זה מפואר· ואם אינו זקן הואיל ויש בו כל המדות האלו יתפלל:

familiâ, & omnibus cognatis, cæteriſq;, qvibuscum converſatur, non eſt ſceleris cujusdam reus, ſed cujus domus ab omni prævaricatione libera; qvi nunqvam in juventute malè audiit: humilis, & tantum non humi ſerpens: populo acceptus: & cui tandem naturalis aliqva jucunditas atq; vox ſvavis eſt. Et, ſi præter has virtutes omnes canicie inſuper conſpicuus ſit, tùm ecce glorioſum hoc eſt, & decorum. Qvod ſi tamen non grandævus, modò inſtructus ab omnibus virtutibus iſtis, fungitur nihilominus ſacro hoc precandi munere.

ה ושליח ציבור מתחיל ומתפלל עד ברכת גאל ישראל ואומר זכרונות ושופרות מענין הצרה· ואומר אל יי' בצרתה לי וקראתי ויענני· אשא עיני אל ההרים וכו· ממעמקים קראתיך יה· תפלה לעני כי יעטף וכו':

V. Miniſter autem Synagogæ ſacris his præfectus orandi tunc initium facit, usq; ad benedictionem גאל ישראל (*Seder Tphillos p.m. 23. col. 2.*) qvousq; ubi pervenit, orationem ex iis Scripturæ dictis, in qvib9 recordationis & buccinarum fit mentio, compoſitam, inſperſâ brevi præſentis anguſtiæ ſummâ, recitat. Deinde orat (*Pſalmum CXX:*) Ad Dominũ in anguſtiâ meâ clamavi, & exaudivit me, &c. (*Pſalmum CXXI:*) Levabo oculos meos ad montes, &c. (*Pſalmum CXXX:*) de profundis ad te clamo, Domine, &c. (*Pſalmum CII.*) oratio afflicti, cùm deficeret angore. &c.

ו ואומר דברי תחנונים כפי כוחו· ואומר ראה נא בענינו וריבה

VI. Atq; hinc ulterius verba deprecatoria, undecunqve ſaltim poteſt, depromit: V g. Reſpice, qvaſumus, miſeriam noſtram, judi-

judica litem noſtram, atq; ad redimendos nos feſtina. Sic gratiam divinam porrò implorat, ac deniq; ſub finem deprecationum ſuarum ait: Is, qvi Abrahamo, Patri noſtro, in monte Moria reſpondit, reſpondeat vobis, & vocem hodiè exaudiat clamoris veſtri: Benedictus eſto, ô Domine, Redemptor Iſraëlis.

וריבה ריבנו ומהר לגאלנו׃ ומתחנן ואומר בסוף תחנוניו מי שענה את אברהם אבינו בהר המוריה הוא יענה אתכם וישמע קול צעקתכם ביום הזה ברוך אתה יי׳ גואל ישראל׃

VII. His ita prolatis, denuò ſex benedictiones poſt invicem huic addit, in qvarum unaqvaq; verbis deprecatoriis & Scripturæ dictis ex libris Propheticis pariter & Hagiographis, prout ſcilicet magis minusve in iis exercitatus, depromptis miſericordiam Dei ſollicitat, & qvamlibet tandem his benedictionum clauſulis obſignat.

ז ומתחיל להוסיף שש ברכות שהוא מוסיף זו אחר זו׳ ומתחנן בכל אחת מהן בדברי תחנונים ופסוקים מדברי קבלה ומכתבי הקדש כפי שהוא רגיל וחותם בכל אחת מהן בחתימות אלו׃

VIII. In primâ hanc ponit clauſulam: Is, qvi Moſi & Patribus veſtris ad mare rubrum reſpondit, idem vobis reſpondeat, & vocem clamoris veſtri exaudiat hodiè: Benedictus eſto, ô Domine, [illegible] daris eorum, qvæ oblivioni [illegible] dum ſepulta.

ח בראשונה הוא חותם מי שענה את משה ואבותיכם על ים סוף הוא יענה אתכם וישמע קול צעקתכם ביום הזה ברוך אתה יי׳ זוכר הנשכחות׃

IX. In ſecundâ hanc: Is, qvi in Gilgal reſpondit Joſuæ, reſpondeat vobis, & exaudiat hodiè vocem

ט בשנייה הוא חותם מי שענה את יהושע בגלגל הוא יענה אתכם וישמע קול

קול צעקתכם ביום הזה
ברוך אתה יי׳ שומע
תרועה:

vocem clamoris veſtri: Benedictus eſto, ô Domine, qvi clangorem audis.

י בשלישית הוא חותם
מי שענה את שמואל
במצפה הוא יענה אתכם
וישמע קול צעקתכם ביום
הזה ברוך אתה יי׳ שומע
צעקה:

X. In tertiâ hanc: Is, qvi in Mizpa Samueli reſpondit, reſpondeat vobis, & vocem clamoris veſtri hodiè exaudiat: Benedictus eſto, ô Domine, qvi clamorem exaudis.

יא ברביעית הוא חותם
מי שענה את אליהו בהר
הכרמל הוא יענה אתכם
וישמע קול צעקתכם ביום
הזה ברוך אתה יי׳ שומע
תפלה:

XI. In qvartâ iſtam: Is, qvi Eliæ reſpondit in monte Carmel, reſpondeat vobis, & exaudiat hodiè vocem clamoris veſtri. Benedictus eſto, ô Domine, qvi orationem exaudis.

יב בחמישית הוא חותם
מי שענה את יונה במעי
הדגה הוא יענה אתכם
וישמע קול צעקתכם ביום
הזה ברוך אתה יי׳ העונה
בעת צרה:

XII. In qvinta hanc: Is, qvi Jonæ in ventre piſcis reſpondit, reſpondeat vobis, & exaudiat hodiè vocem clamoris veſtri. Benedictus eſto, ô Domine, qvi tempore anguſtiæ reſpondes.

יג בששית הוא חותם
מי שענה את דוד ושלמה
בנו בירושלם הוא יענה
אתכם וישמע קול צעקתכם
ביום הזה ברוך אתה יי׳
המרחם על הארץ וכל
העם עונין אמן אחר כל
ברכה

XIII. In ſextâ hanc: Is, qvi Davidi [illegible]qve filio, Salomoni Hieroſolymis reſpondit, idem reſpondeat vobis, & exaudiat hodiè veſtri clamoris vocem. Benedictus eſto, ô Domine, qvi terræ miſereris. Cæterum unicuiq; harum benedictioni univerſus populus reponit: Amen: eodem modo, qvo ſingulis aliis bene-

benedictionibus finitis reſpondere conſvevit.

ברכה וברכה כדרך שעונין אחר כל ברכות:

XIV. Tandem ſeptimò ſubjungit, *(ex Jer. XVII, 14.)* Sana nos, Domine, & ſanabimur, &c. *(vid. Seder Tphillos l. c.)* atq; ſic precationes ordine, *(ut in Seder tphillos conſignatæ ſunt,)* abſolvit. Qvo facto tubis clāgunt. Ubicunq; autem locorum verſentur, hunc modum ſimul & ordinem obſervant.

יד בשביעית אומר רפאינו יי׳ ונרפא וכו׳ וגומר התפלה על הסדר ותוקעין בחצוצרות וכסדר הזאת עושין בכל מקום:

XV. Enimverò, qvando hunc orandi modum obſervant Hieroſolymis, tum in monte Moriâ è regione portæ oriētalis congregati dicto ordine orant. Cumq; eousq; pervenit Eccleſiæ miniſter, ut jam dicendum ſit: Is, qvi reſpondit Abrahamo &c. ait: Benedictus eſto, ô Domine, Deus noſter, Deus Iſraëlis, à ſeculo uſq; in ſeculum, Benedictus eſto, ô Domine, Redemptor Iſraëlis: tum omnes reſpondent: Benedictū ſit nomen Dei venerandum & glorioſum, cujus regnū in ſecula ſeculorum. Hinc ad tubicines converſus Æditauus: Clangite, inqvit, filii Aharonis, clangite. Tum rurſum Eccleſiæ Miniſter ad preces deſtinatus ait: Is, qvi Abrahamo in monte Moriâ reſpondit, re[illegible]deat vobis hodiè, & exau[illegible]moris veſtri. Poſteà primu[illegible] æqvali, mox fracto, atqve iterum æqvali clangunt.

טו כשהיו מתפללין על הסדר הזה בירושלם היו מתכנסין להר הבית כנגד שער המזרח ומתפללין כסדר הזה׳ וכשמגיע שליח ציבור לומר מי שענה את אברהם אומר ברוך אתה יי׳ אלהינו אלהי ישראל מן העולם ועד העולם ברוך אתה יי׳ גואל ישראל והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד׳ וחזן הכנסת אומר לתוקעין תקעו בני אהרון תקעו וחוזר המתפלל ואומר מי שענה את אברהם בהר המוריה הוא יענה אתכם וישמע קול צעקתכם ביום הזה ואחר כך תוקעין הכהנים ומריעין ותוקעין:

XVI. Si-

יו וכן בברכה השנייה
לזו שהיא ראשונה מן
השש שמוסיף חותם בה
ברוך ה' אלהים אלהי
ישראל מן העולם ועד
העולם ברוך אתה יי' זוכר
הנשכחות· והן עונין ברוך
שם כבוד מלכותו לעולם
ועד· וחזן הכנסת אומר
להן הריעו בני אהרן
הריעו· חוזר שליח ציבור
ואומר מי שענה את משה
ואבותינו על ים סוף הוא
יענה אתכם וישמע קול
צעקתכם ביום הזה ואחר
כך מריעין ותוקעין ומריעין:

יז וכן על כל
ברכה וברכה באחת
אומר תקעו ובאחת אומר
הריעו עד שיגמור כל
שבע הברכות· ונמצאו
הכהנים פעם תוקעין
ומריעין ותוקעין ופעם
מריעין ותוקעין ומריעין
שבע פעמים· ואין
עושין על הסדר הזה
אלא

XVI. Similiter in ſecundâ benedictione, qvæ illarum ſex, qvas adhuc ſubjungit, prima eſt, ſic habet clauſula: Benedictus Dominus, Deus noſter, Deus Iſraëlis, à ſeculo uſq; in ſeculum, Benedictus eſto, ô Domine, qvi recordaris eorum, qvæ oblivione dudum ſepulta. Ac tum reſpondent omnes: Benedictum ſit nomen Dei venerandum & glorioſum, cujus Regnum in ſecula ſeculorum. Hinc ad tubicines Æditiuus: Buccinate, inqvit, buccinate. Tum rurſus Eccleſiæ miniſter ait: Is, qvi Moſi, & Patribus noſtris ad mare rubrum reſpondit, reſpondeat vobis, & exaudiat hodiè vocem clamoris veſtri. Poſteà fracto primum ſono, mox æqvali, ac iterum fracto clangunt.

XVII. Atq; ſic in ſingulis benedictionibus procedunt, ita ut partim Æditiuus alternâ vice jam תקעו h. e. clangite, aut ſonum edite æqvalem, jam הריעו h. e. buccinate, aut fractum ſonum edite, dicat, uſq; dum abſolverit omnes ſeptem benedictiones: partim etiam Sacerdotes ſeptem vicibus alternatim jam ſono primum [illegible] mox fracto, & iterum æq[illegible] primum fracto, mox æqv[illegible] [illegible]um fracto clangant. Hoc autem ordine non

non niſi in Templi Hieroſolymitani monte tantum hæc ſacra faciunt; Cumq; ibi fractum illum & æqvalem edunt ſonum, tubis ſimul atq; cornu clangunt, qvemadmodum ſuprà diximus.

אלא בהר הבית בלבד וכשהן תוקעין ומריעין שם תוקעין בחצוצרות ובשופר כאחת כמו שאמרנו:

XVIII. Qvoties ſeptem illa jejunia decernunt, ubicunqve etiam locorum ſit, toties omnis populus ſacris finitis in cæmiterium egreditur, ibiq; fuſis abundè lacrymis gratiam Dei, & miſericordiam poſcit. Idem enim eſt, ac ſi illis diceretur: Ecce vos omnes, ut iſti, moriemini, niſi à viis veſtris reverſi ſeriò pœnitentiam agatis. Cæterùm in omnibus jejuniis, qvæ toti populo ob anguſtiam indicunt, ubicunqve ſit etiam, precationem obſerationis, *(qvam vide in Seder Tphillos p. 75. col.2. & 76. col.1.)* orare ſolent.

יח שבע תעניות האלו כל מקום שגיזרין אותם שם · אחד שמתפללין יוצאין כל העם לבית הקברות ובוכין ומתחננים שם · כלומר אתם מתים כאלו אם לא תשובו מדרכיכם · ובכל תענית מתעניות הצרות שגוזרין על הציבור מתפללין תפלת נעילה בכל מקום:

XIX. Qvod ſi tandem iis pluit, ecqvando deſcendit totus populi cœtus, ut finem jejunio imponat? Poſtqvam pluvia in terram exſiccatam palmum, in mediocrem palmos duos, atq; in aratro cultam tres palmos penetravit.

יט ירדו להם גשמים עד מתי יהיו יורדין ויפסקו הצבור מן התענית · משירדו בעומק הארץ החריבה טפח ובינונית טפחים · ובעבודה עד שירדו בעומק ג׳ טפחים:

CAPUT פרק

פרק ה

א יש שם ימים שכל ישראל מתענים בהם מפני הצרות שארעו בהן כדי לעורר הלבבות לפתוח דרכי התשובה ויהיה זה זכרון למעשינו הרעים ומעשה אבותינו שהיה כמעשינו עתה עד שגרם להם ולנו אותן הצרות׃ שבזכרון דברים אלו נשוב להיטב שנאמר והתודו את עונם ואת עון אבותם וכו׳:

ב ואלו הן יום ג׳ בתשרי שבו נהרג גדליה בן אחיקם ונכבת גחלת ישראל הנשארת וסיבב להתם גלותן׃ ועשירי בטבת שבו סמך מלך בבל נבוכדנצר הרשע על ירושלם והביאה במצור ובמצוק׃ ויז בתמוז ה׳ דברים אירעו בו׳ נשתברו הלוחות׃ ובטל התמיד סבית

Caput V.

I. Sunt aliqvando dies, in qvibus omnes in univerſum Iſraëlitæ propter afflictiones, qvæ olim ipſis obtigerunt, jejunant. ut animos excitent ad ſeriã pœnitentiã. Revocare hoc nobis in memoriam debet mala opera noſtra, & qvod parentes noſtri nobis non abſimiles patrârunt, uſq; adeò, ut tandem cauſa illis pariter ac nobis fuerint præſentium afflictionum: ut, dum iſta memori mente recolimus, ad bona opera revertamur. Qvâ de re (*Levit. XXVI, 40.*) dictum eſt: *Et confitebuntur iniqvitatem ſuam, & iniqvitatem Patrum ſuorum.*

II. Hæc jejunia celebrantur die III. Menſis Tiſri, (*Septembris,*) qvoniam eo occiſus eſt Gedalia filius Ahikam, (*Jerem. XL, 41.*) & ſic extinctà Iſraëlis, qvæ reſtabat adhuc, ſcintillulâ, cauſa totalis excidii fuit. Die X. Menſis Thebeth (*Decembris,*) qvoniam eo Rex Babyloniæ Nebucadnezar, mortalium neqviſſimus, Hieroſolymam acceſſit, eamq; circumvallatam obſidione preſſit. Die XVII. Menſis Tammus, (*Junii,*) utpote qvo res potiſſimum qvinqve contigerunt: Fractæ ſunt Legis tabulæ, ceſſavit juge ſacrificium abs

Tem-

Templo priori, excidio altero diruta Hieroſolyma cremavit impius Epiſtemon *(Rex Græciæ)* librum legis, ac ſtatuam in Templo poſuit.

III. Jejunant deniqve die IX. Menſis Abh, *(Julii,)* qvinq; iterum memorandorum inſigni, utpote qvo contra Iſraëlitas decretum eſt in deſerto, ne terram ſanctam ingrederentur: utrumq; Templum, prius æqvè ac poſterius deſolatum: Occupata magna illa & munitiſſima urbs, cui Betheræ nomen, in qvâ multa myriadum Iſraëlitarum millia, qvibus Rex potentiſſimus, qvem Regem Meſſiam omnes, plebs pariter atq; Excellentiſſimi Sapientiæ Doctores reputarunt, præfuit; Cecidit hic per Cuthæos, omnesq; illi *(qvi ipſum ſeqvebantur,)* interfecti, ut magna omninò eſſet anguſtia, prorſus Vaſtationi Sanctuarii ſimilis. Imò eodem die vindictæ cupidus Turnus Rufus, homo improbus, Templum, & q̃vicqvid circa iſtud erat, aratro proſcidit, ut hoc ipſo *(Propheta illud, Jerem. XXVI, 18.)* confirmaret: *Zion ſicut ager arabitur.*

IV. Atq; hi qvatuor jejuniorum dies expreſsè deſignati ſunt à Propheta *(Zachar. VIII, 19.) Jejunium qvarti, & jejunium qvinti &c.* ubi per jejunium qvarti indicatur dies XVII. Menſis Tammus, qvid-

מבית ראשון והובקעה ירושלם בחרבן שני· ושרף אפוסטומוס הרשע את התורה· והעמיד צלם בהיכל:

ג וט״ב ה׳ דברים אירעו בו· נגזר על ישראל במדבר שלא יכנסו לארץ· וחרב הבית בראשונה ובשניה· ונלכדה עיר גדולה וביתר שמה והיו בה אלפים ורבבות מישראל והיה להם מלך גדול ודמו כל ישראל וגדולי החכמים שהוא מלך המשיח· ונפל ביד כותים ונהרגו כולם והיתה צרה גדולה כמו חורבן המקדש· ובו ביום המוכן לפורענות חרש טורנוס רופוס הרשע את ההיכל ואת סביביו לקיים ציון שדה תחרש:

ד וד׳ ימי הצומות האלו הרי הן מפורשין בקבלה צום הרביעי וצום החמישי וגו׳· צום הר׳ זה שבעה עשר בתמוז שהוא

F

שהוא בחדש הד׳ · וצום הה׳ זה ט׳ באב שהוא בחדש החמישי· וצום הז׳ זה ג׳ בתשרי שהוא בחדש הז׳ וצום הי׳ זה י׳ בטבת שהוא בחדש הי׳ ;

qvidpe ſic in Menſem qvartum, *(ratione anni Judæorum Eccleſiaſtici:)* per Jejunium qvinti dies IX. Abh, qvippe ſic in menſem qvintum: per jejuniũ ſeptimi dies III. Tiſri, qvippe ſic in Menſem ſeptimum: & deniq; per jejunium decimi dies X. Thebeth, utpote qvod ſic in Menſem decimum incidit.

ה ונהגו כל ישראל בזמנים אלו להתענות בי״ג באדר זכר לתענית שהתענו בימי המן שנאמר דברי הצומות וזעקתם · ואם חל י״ג באדר להיות בשבת מקדימין ומתענין בחמישי שהוא י״א · אבל אחד מארבעה ימי הצומות שחל להיות בשבת דוחין אותו לאחר השבת · חל להיות בערב שבת מתענין בערב שבת · ובכל הצומות האלו אין מתריעין ולא מתפללין בהן תפלת נעילה · אבל קורין בתורה שחרית ומנחה ויחל משה · ובכולן אוכלים ושותין בלילה חוץ מתשעה באב·

V. Solent etiam omnes Iſraëlitæ ſtatis illis temporibus jejunare: Die XIII. Menſis Adar *(Februarii,)* in memoriã ejus jejunii, qvod tempore Hamani celebrarunt, qvo de *(Eſth.IX,31.)* dicitur: *Verba jejuniorum & clamoris ſui.* Si verò decimus tertius dies hujus Menſis in Sabbathum incidat, anticipant, & die Jovis, qvi præcedit, h.e. die XI. jejunant. Enimverò, ſi ex iſtis qvatuor jejuniorum diebus aliqvis in Sabbathum incidat, differunt jejunium, uſq; dum Sabbathum præterierit. Si autem incidat in Veſperam Sabbathi, *(ſive Veneris diem,)* eâ ipsâ adhuc jejunant. Cæterùm in ſingulis iſtis Jejuniis nec clangunt, nec obſerationis preces fundunt, ſed legunt tantum, manè qvidem in Lege, Veſperi verò in וַיְחַל מֹשֶׁה *(h.e. verſum XI. & ſeqq. [illegible]. XXXII. Exod.)* In ſingulis etiam, [illegible] IX. Menſis Abh excipias, noctu comedunt & [illegible].

׀ משיכנס VI. Poſt-

VI. Poſtqvam Menſis Abh (*ſive Julius*) adeſt, abſtinere qvadantenus à gaudio ſolent, cumq; dies nonus in Sabbathum incidit, tum tondere, lavare, ac veſtibus ſeſe lævigatis, etiamſi linteæ ſint, induere prohibitum, usq; dum jejunium tranſiverit. Imò etiam poſt jejunium lavare ſe, & reqvieſcere illicitum eſt. Porrò hæc conſvetudo olim inter Iſraëlitas obtinuit, ut nec carnem hâc Septimanâ comederent, nec balneum ingrederentur prius, qvā tranſiviſſet Jejunium. Ac in qvibusdam locis inhibere mactationem ſolent inde à Neomœniâ hujus Menſis usqve ad Jejunium.

VII. Nono huic diei Menſis Abh per omnia ſimilis eſt nox ejus. Non comedunt, niſi pridiè adhuc ſit dies, qvod ipſum &, cùm crepuſculum eſt, prohibitum, ut in expiationis die. Nec carnem qviſqvam comedit, nec bibit vinum, qvando ultimâ vice, ad jejunium ſe paraturus, cibū capit. Sed tamen ex torculari ſuo, ſi jam tribus diebus, aut his minus, habuerit, vinum bibit, editq; ſalitā carnem, qvæ tribus diebus aut amplius ei fuit; Cæterùm duo pulmenta, aut coctilia non edit.

ו משיכנס אב ממעטין בשמחה · ושבת שחל ט׳ באב להיות בתוכרת אסור לספר ולכבס וללבוש כלי מגוהץ אפילו כלי פשתן עד שיעבור התענית · ואפילו לכבס ולהניח לאחר התענית אסור · וכבר נהגו ישראל שלא לאכול בשר בשבת זו ולא יכנסו למרחץ עד שיעבור התענית׳ ויש מקומות שנהגו לבטל השחיטה מראש החרש עד התענית :

ז ט׳ באב לילו כיומו בכל דבר · ואין אוכלין אלא מבעוד יום · ובין השמשות שלו אסור כיום הכפורים ולא יאכל בשר ולא ישתה יין בסעודה המפסיק בה · אבל שותה הוא יין מגתו שיש לו ג׳ ימים או פחות ואוכל בשר מליח שיש לו ג׳ ימים או יתר ולא יאכל ב׳ תבשילין :

ח בדא שאכל ערב ט׳ באב אחר חצות· אבל אם סעד קודם חצות אף על פי שהוא מפסיק בה אוכל כל מה שירצה· וערב ט׳ באב שחל להיות בשבת איכל ושותה כל צרכו ומעלה על שלחנו אפילו כסעודה שלמה וכן ט׳ באב עצמו שחל להיות בשבת אינו מחסר כלום:

VIII. De qvonam hæc accipienda ſunt? De eo, qvi pridie diei Menſis Abh poſt meridiem victitat; At ſi ante meridiem cibum ſumit, licèt hoc ſit prandium ultimum ante ſecuturum jejuniũ, ad qvod ſe in eo parat, tamen pro lubitu, qvicqvid arridet, capit. Imò ſi hæc veſpera diei IX. menſis Abh in Sabbathum incidat, edit bibitq;, qvantum ſatis, ac ſuam Menſam vel perfectiſſimo prandio inſtruit. Similiter, ſi ipſe dies IX. hujus Menſis cadat in Sabbathũ, nihil qvicqvã patitur deeſſe.

ט זו היא מדת כל העם שאינן יכולין לסבול יותר מדאי· אבל חסידים הראשונים כך היתה מדתן· ערב ט׳ באב היו מביאין לו לאדם לבדו פת חרבה במלח ושורה במים וישב בין תנור וכיריה ואוכלה ושותה עליו קיתון של מים בדאגה ובשממון ובכיה כמי שמתו מוטל לפניו כזה ראוי לחכמים לעשות או קרוב מזה· וסימינו לא אכלנו ערב ט׳ באב תבשיל אפילו של עדשים אא״כ היה בשבת:

IX. Hæc populi univerſi, qvi ferre gravius qvidnon poteſt, conſvetudo eſt; At, qvi præ cæteris ſanctitate & pietate pollent, hunc morem obſervant. Afferunt alicui ſoli in Veſperâ diei IX. menſis Abh buccellã panis ſiccam cum ſale, qvã aqvæ intingit, & inter fornacem ac furnulum ſedens edit, & poculum aqvæ bibit cum mœrore, contritione, ac lacrymis, inſtar ejus, coram qvo mortuus amicꝯ adhuc inſepultus fertur. Hoc, aut ſimili modo decet ſapientes, ut procedant. Et nos à diebus noſtris in hâc veſperâ decoctum nullum, imò ne lentium qvidem juſculum, comedimus, niſi cùm incidiſſet in Sabbathum.

י עוברת X. Per

X. Per integrum diem nonum menſis Abh gravidæ & nutrices jejunare ſolent. Prohibitum, ſe lavare ſive calidâ ſive frigidâ, imò vel digitum in aqvam immittere: prohibitum ſe recreationis gratiâ ungere, induere calceum, debitum maritale perſolvere, non aliter ac in die expiationis. Ubi verò aliqvid operis facere conſveverunt, ibi facere illud licet; at ubi non eſt in uſu laborem ſuſtinere hoc die, ibi laborare non decet. Eruditi tamen, ubicunq; ſint locorum, prorſus otioſi manent. Et profectò Sapientes dixerût, eum, qvi hoc die in opere ſuo & labore occupatur, nunqvam aliqvod benedictionis veſtigiû videre.

י עוברות ומיניקות מתענות ומשלימות בט׳ באב׳ ואסור ברחיצה בין בחמין בין בצונן ואפילו להושיט אצבעו במים ואסור בסיכה של תענוג ובנעילת הסנדל ׳ ובתשמיש המטה כיום הכפורים׳ ומקום שנהגו לעשות בו מלאכה עושין ומקום שנהגו שלא לעשות אין עושין׳ ובכל מקום תלמידי חכמים בטלין ׳ ואמרו חכמים שהעושה בו מלאכה אינו רואה סימן ברכה לעולם:

XI. Eodem die Eruditi ſe invicem non ſalutant, ſed triſtes ſedent, ac ingemiſcentes inſtar eorum, qvi in luctu vivunt. Siq; à plebejis ſalutantur, flebili voce, & capite demiſſo reſpondent. Illicitum etiam eſt hoc die ſive in Lege, aut Prophetis, vel Hagiographis, ſive in Miſchnâ, & conſtitutionibus Talmudicis, atqve Gemarâ, & Hiſtoriis legere. Non (*inqvam*) legunt, niſi in Jobo & Threnis, & in

יא תלמידי חכמים אין נותנין זה לזה שלום בתשעה באב׳ אלא יושבים דוים ונאנחים כאבילים׳ ואם נתן להם עם הארץ שלום מחזירין לו בשפה רפה וכובד ראש׳ ואסור לקרות בתשעה באב בתורה אי בנביאים או בכתובים ובמשנה ובהלכות ובגמרא ובהגדות׳ ואינו קורא אלא באיוב ובקינות ובדברים

הרעים שבירמיהו ותינוקות
של בית רבן בטלין בו·
ומקצת חכמים נוהגין שלא
להניח בו תפילין של ראש;

amaris, qvas Jeremias ſcripſit, comminationibus. Liberi in domo Principis ſunt otioſi. Ac nonnulli ſapientum ſolent hoc die nec capitis Phylacteria ſibi applicare.

יב משחרב בית המקדש
תקנו חכמים שהיו באותו
הדור שאין לעולם בניין
מסוייד ומכוייר כבניין
המלכים· אלא טח ביתו
בטיט וסד בסיד ומשייר
מקום אמה על אמה כנגד
הפתח בלא סיד· והלוקח
חצר מסויידת ומכויירת
הרי זו בחזקתה ואין
מחייבין אותו לקלוף
הכתלים:

XII. Poſtqvam Templum Hieroſolymitanum deſolatum eſt, conſtituerunt Sapientes, qvi tum temporis ſupererant, ne unqvam poſthac ædificia, uti Regum Palatia ſolent, calce dealbata ornarent picturis; ſed ut qvisq; ſuam domum incruſtaret luto, & oblineret calce, atq; è regione januæ absq; calce † relinqveret locum ejusdẽ cum ipsâ Januâ menſuræ. Si tamen qvis atrium calce jam obductum pictumq; accipit, tum ita poſſidet, nec ut parietes abradat, obligatur.

†. Ad verbum ſi Hebræa transferas, ita ſonat: *Et relinquet ulnam ſuper ulnâ ſecundum- coram-oſtium ſine calce.* Ubi circa phraſin אמה על אמה *ulna ſuper ulnâ*, qvâ ſpacium ipſum innuitur, ſum dubius, utrum *Menſura correſpondens menſuræ oſtii* intelligatur, an potius qvadratum, qvod in longitudine æqvè ac latitudine אמה *cubitum*, aut *Virgam menſoriam* habeat? Malo fateri, ubi hæreo, qvàm incerta obtrudere Lectori.

יג וכן התקינו שהעורך
שולחן לעשות סעודה
לאורחים מחסר ממנו מעט
ומניח מקום פנוי בלא
קערה מן הקערות הראויות
לתת שם· וכשהאשה
עושה תכשיטי הכסף
והזהב

XIII. Similiter conſtituerunt, ut qvi menſam inſtruit protecturus convivium paraturus, deeſſe ab eâ aliqvid patiatur, & locũ ſcutellâ vacuum relinqvat ex earum ſcutellarum numero, qvas cæteroqvin apponere conveniret. Conſtituerunt, ut, ſi mulier ornamentũ ſibi argenteum aureum-

100 F,1

99 955105